



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

58. Privilegia exemptionum, an eximant à jurisdictione inquisitorem
hæreticæ pravitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

rit Episcopus aliis pœnis, Censuris exceptis, procedere, atque ita occurritur objectioni suprascriptæ, licet enim habens Jurisdictionem in foro externo spirituales potestates excommunicare, & cætera explere, sine quibus Jurisdicatio exerceri non potest, licet tamen intellectum habet, nisi per speciale Privilegium ligata sit potestas, quo ad aliquam specialem pœnam, ideoque non erit frustranda cogendi potestas, quia potestati aliis pœnis Canonis, & ita concludit Thom. Sanchez. d. n. 23. per tot.

Q U Æ S T I O LVIII.

Privilegia Exemptionum an exinaniant Exemptos à Jurisdictione inquisitorum hæreticæ pravitatis.

Respondeo non exinere. *Lapsus alleg. 195.* Ratio est, quia Pontifex subditæ potestati concedendis. *cap. officium 8. de inquis. hæreticæ pravitatis*, non obstantibus privilegia huic Constitutioni deroget. Exempti inquisitoribus hæreticæ pravitatis submittuntur. *Lapsus d. alleg. 105.* quod restringitur in exemptionibus concessis ordinibus. *Divisio enim cap. officium loquitur de personis, non verò de ordinibus, inret quoslibet diversa est ratio. c. ne aliqui de privileg. in 6. Lapsus d. alleg. 105. in fin. sed solet Pontifex in facultate qua concedit Episcopis seu aliis hæreticæ pravitatis Inquisitoribus imponere clausulam hanc: cum plena, & omnimoda auctoritate contra omnes & singulos viri &que sexus Laicos & Sæculares, & quorumvis ord. etiam Mendicantium regulares, etiam à Jurisd. tua quomodolibet exemptos immediatè subjectos inquirenda, & procedenda in legitimis iudiciis carceribus mancipandi: atque hæc facultas data est Ordinario Leodiensi: plura hæc de re videntur quæ scripti alio in loco, de Jurisd. ordin. Exemptos Tom. 2. part. 2. de Conservatoribus, quest. 5. & alibi.*

Q U Æ S T I O LIX.

Ecclesia quando vel Episcopo, vel alteri Prælato subjecta præsumatur?

1. Omnes Ecclesie præsumuntur subjecta Episcopo.
 2. Fallit ut in n. 2.
 3. Subjectio ex quibus coniecturis præsumatur.
- L**icet Ecclesia sit intra limites Diocesis Episcopo subjecta præsumatur. *c. omnes Basilica 16 q. 7. c. constitutus de Relig. domibus.* non tamen id obtinet in Ecclesiis sitis intra limites Jurisd. aliorum Prælatorum. *c. ult. de offic. arc. Lucas de Penna l. 3. q. 1. sumpt. 137. C. de pœnis publicis li. 10. Menoch. li. 6. præf. 72. n. 1.* nisi concurrant alia quæ subjectionis præsumptionem inducant, ut sunt perceptio decimarum, assignatio congruæ portionis, subitio onerum: hæc enim donant Ecclesiæ subjectionem. *Far. Dec. 102. n. 8. p. 1. c. de Monachis de prebend. c. avaritia eodem Lamberti. de Jure Patr. art. 1. q. 10. Princ. q. 3. par. 2. n. 4. 7. & 8. vers. Quartum ponit dubium.*
- Secundò, Ecclesia præsumitur subjecta alteri, cum solvit Cathedralicum. *cap. illud. 2. 10. quest. 3. Lucas d. loco. præf. 198. Menoch. d. præf. 72. n. 2.*